

# Petri hispani

# Folio xvi

Universale vel particulare. Et licet subiectum eius supponatur determinate quantum ad id de quo verificatur locutio, tamen quantum ad modum enunciantis subiecti tenetur indeterminate, quod non determinatur per signum quod tatiunt, sed subiectum addi potest signum vel particulare. Et quando dicitur, omnis positio est determinate quanta si nulla est infinita, antequam, quod de ratione quantitatis est determinare. Dicendum quod positio non est infinita, si non sit quanta, sed quod non est determinate quanta per additorem signi, licet sit determinate quanta per remotionem signi sicut si essent decem oves et novem solum signate, tunc decima determinaret per non signatorem.

Propositio singularis est illa in qua subicitur terminus singularis siue discretus vel in qua subicitur terminus communis cum pronomine demonstrativo primitivae speciei, ut fortis currit, vel iste homo currit, iste asinus currit, etc.

Hic diffinitur quartum membrum dicte divisionis, scilicet propositio singularis dicens singularis est illa in qua subicitur terminus discretus, id est singularis vel terminus communis suppositus cum pronomine demonstrativo primitivae speciei, ut fortis currit, iste homo currit. Ratio ordinis est, quia in tribus membris primis subicitur terminus communis, tunc dicitur quod si potest teneri per multis, hic vero subicitur terminus singularis singulariter, tunc qui non potest accipi per multis, et sic in illis tribus procedentibus est perfectio quantitas subiecti quod in singulari, id est in loco posit.

Quare pronomen derivativae speciei non facit pronomen singulare sicut pronomen primitivae speciei. Dicendum quod si pronomen derivativae speciei et primitivae speciei abo demonstrant, in pronomen primitivae speciei certius demonstrant, eo quod demonstrat certum suppositum et facit terminum communem potest stare per uno supposito, sed pronomen derivativae speciei demonstrant incertum suppositum, eo quod talis terminus demonstratur adhuc potest de pluribus predicari, ut in voce, sicut patet dicendo, meus asinus currit, supposito quod tres asinos habeam, tunc de quibus potest verere dicere, meus asinus currit, et sic est infinita.

Nullum indeterminate contrahit et determinat terminum communem ad standum per uno singulari singulariter tenet, sed pronomen demonstrativum est indeterminate, licet uno probatur, quia potest indifferenter demonstrare ens et non ens. Dicendum quod pronomen quo ad ad sum modum significandi per se ipsam et essentialiter sit indeterminate, quia significat per modum substantie indeterminate, tamen quo ad modos significandi accidentales, hoc est virtute demonstrationis vel relationis potest contrahere terminum ad standum per uno supposito.

Iste sunt positiones singulares, ego scribo, tu legis, ille studet, et tamen diffinitio non convenit eis, ut patet transcurrendo eam. Dicendum quod licet pronomen primitivae speciei non sint termini singulares ex impositione modo significandi essentiali, quia significant substantiam sine qualitate determinata, sunt tamen termini singulares ex demonstratione et relatione quo modo hic ponuntur.

Ille positiones, homo est species, animal est genus sunt singulares, et tamen ibi non subicitur terminus discretus aut terminus communis suppositus cum pronomine demonstrativo primitivae speciei. Dicendum quod quattuor modis aliqua positio dicitur singularis. Primo quod in ea subicitur terminus discretus, ut fortis currit. Secundo quod in ea subicitur terminus communis suppositus cum pronomine demonstrativo primitivae speciei, ut iste homo currit. Tertio quod in ea subicitur terminus communis acceptus per natura in col, ut hic homo est species. Quarto quando aliquid eorum dicitur supplet vice termini singularis cui non est nomen impositum, ut hominem currit est possibile, que positio ex parte totius dicitur singularis. Sed alij superaddunt alios quattuor, primus quando subiectum est collectum ex pluribus terminis singularibus, ut fortis et plaro trahit nave. Secundus quando subiectum est relatum grammaticale, ut fortis currit qui disputat. Tertius quando subiectum est terminus communis restrictus per nomen proprium, ut homo disputat, vel quando restringit per implicatorem, ut homo est fortis currit. Quartus quando subiectum est individuum ex supposito vel circulo, ut suffragani filius.

Quanta sit ista positio, totus fortis est minor forte. Dicendum ut per us quod totus potest capi dupliciter. Uno modo sine abegreumatice, id est distributive, et sic est virtualiter verus, quia valz istam, quolibet pars forte est minor forte. Alio modo capit pro pfecto et integro, et sic est singularis et falsa. Et quando dicitur, signum vel non potest addi termino singulari, sed totus est signum vel non potest addi termino singulari forte. Sed in quod duplicata sunt signa, aliqua sunt que distribunt per partibus subiectivis, id est per inferioribus. Alia sunt que distribunt per partibus integralibus, prima signa non possunt addi termino singulari, tamen bene secunda, non gratia termini singularis, sed communis subiecti, qui est quilibet pars fortis.

## Terminus discretus est qui aptus est predicari de uno solo, ut fortis de seipso

Hic pro declaratione dictorum diffinit terminum singularem dicens, quod terminus singularis est qui aptus est predicari de uno solo, ut fortis. Locus ratio est, quia terminus singularis habet significatum incommunicabile quod dicitur discretum quasi in se inclusum et ab alijs distinctum, sed tale non potest pluribus convenire, nec actu nec apertudine, ergo etiam non potest de pluribus dici, quia ab esse in pluribus sumitur dici de pluribus.

Solus universalis est diffinitio, sed terminus discretus non est universalis, ergo non potest diffinitur. Dicendum quod terminus discretus capit dupliciter. Uno modo secundum communem rationem singularis, et sic quodammodo universalis bene potest diffinitur. Alio modo in speciali pro isto vel isto termino singulari, et sic non diffinitur, semper tamen capitur per me intentionaliter.

Prima substantia nulla erit predicatio, ergo terminus discretus non predicatur de uno solo. Dicendum quod a prima substantia nulla erit predicatio directa et ordinata, tamen bene indirecta et

*Handwritten marginal note:* Quanta sit ista positio, totus fortis est minor forte. Dicendum ut per us quod totus potest capi dupliciter. Uno modo sine abegreumatice, id est distributive, et sic est virtualiter verus, quia valz istam, quolibet pars forte est minor forte. Alio modo capit pro pfecto et integro, et sic est singularis et falsa. Et quando dicitur, signum vel non potest addi termino singulari, sed totus est signum vel non potest addi termino singulari forte. Sed in quod duplicata sunt signa, aliqua sunt que distribunt per partibus subiectivis, id est per inferioribus. Alia sunt que distribunt per partibus integralibus, prima signa non possunt addi termino singulari, tamen bene secunda, non gratia termini singularis, sed communis subiecti, qui est quilibet pars fortis.